Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93

Signatur: Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

horum ignorantia supplenda est. Dehinc sacerdotum egyptiorum fallax
malignitas confutanda est, qui ut astu quod manifestum est evidente vero
misericordiaque veri dei memoriam subtrahere conati sunt perplexa
expositione confusi ne in contumeliam idolorum suorum eum colendum
merito ostenderet, cuius consilio annuntiata haec mala et auxilio
devitata donavissent. vel forte ut indulgentius accipiam obliti sunt
illius viri Ioseph qui fuit vere dei servus et pro creatura domini sui pre
tenterque sollicitus, cuius prudentia ipsi abundabant frugibus, qui sacer
dotes sunt qui falsi sacerdotes erant tunc ceteris esurientibus non dolebant.
Et enim vero cui placet obliviscitur, cui dolet meminit. quamquam huius
temporis argumentum hystoriis fastisque reticentibus ipsa terra
egypti testis pronuntiat. que tunc redacta in potestatem regiam
restitutaque cultoribus suis exinde fructus sui usque nunc quinte partis
incessabile vectigal exsolvit. Fuit itaque haec fames magna sub
rege egyptiorum Diopolita cui nomen Amoses erat, tunc tempore
Baleus Assyrios, Argivos Apis regebat. Prefuerunt autem ante annos
famis septem precedentes alii vii ubertatis anni, quorum afflu
entiam cunctis neglegentius perituram quinto uberius natam Ioseph vir
sollertia sua collegit et condidit, totamque egyptum saginavit, ac
quirens universam Pharaoni pecuniam et dominia agrorum, reddens dispen
satione iustissima tunc vectigal vectigali, tunc honorem honore, omnia
pecora, terras, corpusque collegit. Ipsos autem qui semet tunc ipsos
suis accipiende stipis taxatione vendiderunt, statuta quinte
partis pactione laxavit. Hunc Ioseph, quem constituit deus egyptiis
confirmante salutis auctorem, quis credat ita in brevi horum excidisse
memorie ut filios eius et omnem cognationem paulo post servitio
addixerint, laboribus afflixerint, interfectionibus profligaverint. Quid
ergo non est mirandum si nunc quoque aliqui reperiantur, qui tunc acer
vitatibus suis impendente gladio potentiam christiano nomine cederent,
ipsum nomen christi quo solo salvi sunt aut dissimulent aut insectentur
cunctaque se eorum temporibus asserant quorum meritis liberantur. Anno
octingentesimo x° ante urbem conditam Amphiction Atheniis
tertius a Cecrope regnavit, cuius temporibus illuvies aquarum maiorem partem
populorum Thessalie absumpsit, paucis perfugio montium liberatis,
maxime monte Parnaso, in cuius circuitu Deucalion tunc regno
potiebatur, qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina
Parnasi iuga fovit aluitque. a quo propterea genus humanum
reparatum fertur. tunc et in Ethiopia pestes plurimas dirosque
morbos pene usque ad dissolutionem exestuasse Plato testis est.
Et ne forte diversa esse tempora credantur ire dei furorisque bel
li, ea tempestate subactam Indiam Liber pater sanguine madefecit, re